



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-  
phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De tranquillitate ecclesiae suprascripta[m] futuram calamitatem  
succedente. Cap. 60

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**



Iohan. 16 quam vos orphanos, Veniam ad vos. Venit enim princeps huius mundi, & in me  
 Hiere. 17 .f. & in membris meis, non habet quicquam. Et infra: Hæc loquutus sum vobis ut in me  
 1. Petri. 5 pacem habeatis, sed confidite, ego vici mundum. Nam benedictus vir qui confidit in do-  
 2. Petri. 2 mino, & erit dominus fiducia eius, quoniam ipsi deo cura est de suis, & novit pios de tenta-  
 tione eripere, iniquos vero in diem iudicii reservare cruciandos.

4. Esdr. 2 VII § Per Esdram insuper deus ecclesiam suam & ipsius membra pie conso-  
 latur, dicens: Noli fatigari, quoniam enim venerit dies pressuræ & angustiarum, alij plora-  
 bunt & tristes erunt, tu autem hilaris & copiosa eris, zelabunt gentes, & nil aduersus te  
 poterunt, manus meæ regent te, ne filij tui gehennam videant, locundare mater  
 cum filiis tuis, quia te eripiam, amplectere natos tuos usque dum venio & præstet illis  
 4. Esdr. 12 misericordiam. Deinde Esdra ad electum populum & ad ecclesiam: Confide Isra-  
 el, & noli tristiari tu domus Iacob, Est enim memoria vestra coram altissimo, & for-  
 tis deus non est oblitus vestri in tentatione. Ecce dies venient quando altissimus  
 incipiet liberare eos qui super terram sunt, id est iustos qui non inhærent terrenis.

4. Esdr. 16 Rursus deus inquit: Audite verbum plebs mea, parate vos in pugnam, tunc enim  
 1. Iohā. 2 apparebit probatio electorum interim ut aurum quod probatur ab igne. Audite  
 dilecti mei dicit dominus: Ecce assunt dies tribulationis, & de his liberabo vos ne  
 timeatis nec hæsitetis, quoniam deus dux vester est.

VIII § Iohannes tandem ad refugium in deo quærendum hortatur in sua ca-  
 nonica nos alloquens his verbis: Et nunc filiolii manete in eo. scilicet Christo, ut cum ap-  
 paruerit, fortassis cum plagis & supplicijs, habeamus fiduciam & non confunda-  
 mur ab eo in adventu eius. quod dicitur ut cum Christus venerit ad tribulandum nos, simus  
 sine confusione peccatorum, ac etiam in vera charitate. Nam qui veram charitatem  
 1. Iohā. 4 habet, diem iudicii non timet, ideo subiungit: In hoc perfecta est charitas nobis  
 Ca. Sc. c. 94 cum ut fiduciam habeamus in die iudicii, timor. scilicet servilis non est in charitate, sed p-  
 1. Iohā. 5 fecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet, qui autem timet,  
 non est perfectus in charitate. Et infra: Omne quod natum est ex deo vincit mun-  
 dum, & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.

Luc. 12 IX § Nunc igitur (veluti saluator noster docet) simus similes hominibus  
 expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptijs, ut dum venerit cum futuris aduer-  
 sum nos plagis & pulsaverit nostras conscientias, cõfestim aperiamus ei, nostram  
 confitendo culpam & patienter ferendo inflictam poenam. Beati serui illi quos cum ve-  
 nerit dominus, inuenerit vigilantes. Beati denique qui lugent, scilicet peccata sua vel aliorum  
 Matt. 5 vel pro nomine Iesu contristant, quoniam ipsi consolabunt. Siquidem illi qui volun-  
 tarie lugentes, ob sua & aliorum peccata sibi euenire credunt temporales aduersita-  
 tes, his speretis, ex desiderio celestis patriæ consolationem merentur. Enimvero to-  
 tum præsentis vitæ statum reputant exilium respectu celestis patriæ. Hinc Paulus  
 apostolus desiderium habuit dissolui & esse cum Christo. Cõsequens itaque est, qui suo  
 Phil. 1. rû peccatorum poenitentes, in huius seculi ærumnis voluntario luctu occupant, cum  
 Christo gaudebunt & in presenti suo misericorditer, in futuro autem æternaliter cõ-  
 solabunt. Quoniam ærumnarum finem & ecclesiæ tranquillitatem ex diuina clemen-  
 tia processuram sperant, de qua nunc sequitur.

De ecclesiæ tranquillitate præfatâ calamitatē succedente. Cap. LX.

**E**X Cronicis alijsve scripturis authenticis reperitur, ecclesiam dei tam in veteri  
 quam in nouo testamento multiphas tribulationes esse perpassam, ipsam ta-  
 men vnâ cum suis ministris à singularibus tribulationibus exterminijs, deo adiu-  
 tore tandem liberatâ, & itere aliquo interuallo pacatâ, quâdiu. scilicet membra ec-  
 clesiæ diuinis præceptis obedierunt. Vnde ad Iob (qui representat patientem populum  
 Christianum) dicitur: Si diluculo cõsurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris de-  
 precatus. Si mundus & erectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet  
 Iob. 8 habitaculum iustitiæ tuæ. Et infra: Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est vir  
 Iob. 21. ga dei super illos. Ita modo finitis supraspecificatis aduersitatibus, ecclesia rursus  
 incerto tamen tempore, habebit quietem.

I § De qua scribitur: Scopuli torrentium inclinati sunt ut requiescerent in  
 Num. 21. Arnon & recumberent in finibus Moabitatum. Sic scopuli, id est armati torrentium  
 aduersi-



aduersitatum aliquādo inclinabunt, vt Christiani requiescant in Arnon. i. in ar-  
cha mceroris & reumbāt in finibus Moabitae. i. in terris filioꝝ dei. Quibus de-  
nuo Moses dicit: Neq; em̄ vīq; in p̄sens tēpus venistis ad requiē & possessionem  
Tū requiescet domus Israel post dñm. Qui surgēs imperauit ventis & mari, & fa-  
cta est trāquillitas magna. Si quidē deus post tempestatē tranquillū facit & post  
lachrymationē & fletū exultationē infundit, ait nāq; suis discipulis Venite seor-  
sum in desertū locū & requiescite pusillū. Identidē pr̄cipi Christianis, post pla-  
gā superstitibus, vt requiescāt adhuc modicū à laboribus suis. Et sicut deus dedit  
regi David requiē ab vniuersis inimicis suis, sic dabit pacē ecclesiā, diciturus: Fi-  
lia mi quārā tibi requiem, & prouidebo, vt bene sit tibi.

II § De illa quoq; requie scribit Esaias: Venient & requiescēt omnes in tor-  
rentibus vallū & in cauernis petraꝝ: & in omnibus frutetis & in vniuersis forami-  
nibus. In die deniq; illa dabit tibi. f. ecclesiā deus requiem à labore tuo & à con-  
cussione tua & à seruitute dura qua ante seruisti. Et infra: Viri misericordiā colli-  
guntur, veniet pax, requiescet in cubili suo. Simile oraculū in Sophonia: Erit fu-  
niculus eius qui remanserit de domo Iuda, ad vesperam requiescēt, quia visitabit  
eos dñs & auertet captiuitatē eorū. Pari sp̄e gaudere possumus, q; Turca p Assur  
significatus, qui haecenus crudeli victoria in ecclesia grassatus est, aliquādo vtinā  
in breui euanesceat. Deus nāq; inhabitatores ecclesiā cōsolatur p prophetā, in-  
quiens: Noli timere popule meus habitator Sion ab Assur. In virga em̄ percutiet  
te. f. interim orantē & patientē, & baculū suū leuabit sup te in via Aegypti, vt po-  
te leuabit baculū, sed te in spiritu tuo non laedet, adhuc em̄ paululū, modicumq;  
& cōsummabitur indignatio mea. Et infra: Tandē pauebit Assur virga percussus  
quoniā virgā roboris eius marcuerunt & arefacta sunt. Sperare itaq; nobis licet  
deū liberaturū ecclesiam ab Assur cū venerit in terram nostram, dicentē: Nūc cō-  
teram virgam eius de dorso tuo. Et alibi: Manus em̄ mea auxiliabitur ei, scilicet  
populo p̄nitenti & brachium meū confortabit eum, nihil proficiet inimicus  
in eo & filius iniquitatis non apponet nocere ei, & concidam à facie ipsius inimi-  
cos eius & odientes eum in fugam conuertam.

III § Porro diabolus tunc temporis iterum alligabitur. Postquam em̄ de-  
us dederat Salomoni requiem per circuitum, vltius nō erat Satan nec occursum  
malus, quocirca Salomon cogitauit & edificare templū dñi. Ad idem Chr̄s apud  
Birgittam: Sicut post hyemem venit aestas, sic ego. f. Christus post tribulationē  
dabo consolationem. Omnia enim temporibus suis implebuntur, ac omnia suū  
tempus habent, & suis spacijs transeunt vniuersa. Omni deniq; negotio tempus  
est opportunitatis. Sic erit tempus miserendi eius, quando in tēpore tribulatio-  
nis nostrae clamauerimus ad dominum, & ipse exaudiet nos atq; ostendet se no-  
bis in tempore eiusce tribulationis nostrae. Illa etenim interpolata quies erit figu-  
ra septimi tranquilli status, infra describendi.

III § Quippe post interitū supradictorū tyranni & idoli, quidā opinant,  
ecclesiā reformandā esse p quatuor successiuos bonos pastores, quorū mentio in  
superioribus facta est, & inferius clarius fiet. De quibus deus crebro loquit apud  
Catha, his verbis: Ecclesia reformabit in bonis & sanctis pastoribus, qui sunt ve-  
lut flores odoriferi & gloriosi, quia laudē & gloriā nomini meo iugiter exhibēt,  
& procurant, exalantes & adolentes in conspectu meo odore virtutū in veritate  
fundatorū, & hæc est optabilis & odorifera reformatio ministroꝝ atq; pastorū  
ecclesiā meae. Quādiu autē illi quatuor summi pontifices aliq; boni viri regnaue-  
rint, interim orbis terrarū pacabitur, ecclesia quoq; haecenus turpiter lacerata,  
ad amissim recolliget ac tandē aduersum rebelles victoriā obtinebit. Sæpē dictis  
nāq; tyranno & antipapa deletis, à cæteris aduersarijs ecclesia facile liberabitur,  
prout elicitur ex his Zachariæ verbis: In illa die, ponā Hierusalē. i. ecclesiā, lapi-  
dē oneris cunctis populis. Omnes qui leuabūt eū. f. lapidē, cōcissione lacerabūtur  
& colligent aduersus eam omnia regna terrarū. Sed quæ ram cōterere omnes ges-  
tes quæ venient cōtra Hierusalē & effundā super habitatores Hierusalē spiritum  
gratiā,

Deut. 12  
1. Reg. 7  
Mat. 5  
Tobi. 3  
Mar. 6  
Apo. 6. 14  
2. Reg. 7  
Ruth. 3  
Esa. 7  
Esa. 14  
Esa. 57  
Sopho. 2  
Esa. 10  
Esa. 30. in fi.  
Ezech. 13  
Mich. 5.  
Naum. 1.  
Psal. 88  
3. Reg. 5.  
4. Bir. 22  
Eccle. 1. 3-8  
Psal. 104  
2. Esdr. 2  
Hester. 14  
Cath. Se. c.  
12. 86. 108. 129  
Zach. 12

mi. 73. 27  
1. 1. 10. 60  
ni. 7. 30  
ca. 59. §. 5  
ca. 59. §. 6  
ca. 49. §. 4  
ca. 59. §. 6  
ca. 67. §. 1 fi  
ca. 57. §. 12  
in fin.  
ca. 17. §. 21  
ca. 10. §. 6  
ca. 34. §. 4  
ca. 62. §. 11  
ca. 59. §. 7  
ca. 61. §. 11  
ca. 56. §. 3 &  
ca. 66. §. 2  
ca. 41. §. 10  
ca. 42. §. 11  
ca. 16. §. 4  
ca. 16. §. 9  
ca. 16. §. 7  
ca. 66. §. 12  
ca. 10. in pr.  
ca. 61. §. 6  
ca. 59. §. 3  
ca. 44. §. 7  
ca. 10. §. 8





**Iudith. 16** gratia & precum. Ad hoc Iudith in typo ecclesie: Vix genti insurgenti super ge-  
**4. Esdr. 6** nus meum, dominus enim omnipotens vindicabit in eis. Similiter dominus in Esdra. Et  
erit, omnis qui derelictus fuerit ex oibus istis quae praedixi tibi, ipse saluabit & vide-  
bit salutare meum & sine seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines qui morte  
non gustauerunt a natiuitate sua, & mutabit cor inhabitantium, & conuertetur in sen-  
sum alium, delebitur enim malum & extinguetur dolus, florebit autem fides & vincetur  
**Eccl. 59. §. 8.** corruptela & ostendetur veritas quae sine fructu fuit diebus tantis.

**2. Theff. 1.** V § De eadem praeterea victoria & Christiana pace apostolus aperte scri-  
bit: Si. i. quia iustum est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant. In  
flamma ignis. s. diuini, dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obedi-  
unt Euangelio Christi, qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie domini, cum vene-  
rit glorificari in sanctis suis & admirabilis fieri in omnibus. De huiusmodi insup-  
**Apo. 19** victoria intelligit illud Apocalypsis: Et vidi caelum apertum, & ecce equus albus, &  
qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax, & cum iustitia iudicat & pugnat & de  
ore eius procedet gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percussat gentes, ipse re-  
get eas in virga ferrea & calcet torcular vini furoris irae dei omnipotentis. Et infra  
Ee apprehensa est bestia. s. tyrannus, & cum eo pseudopropheta. i. antipapa, hi duo  
missi sunt in stagnum ignis ardentis, & caeteri occisi sunt gladio.

**4. Esdr. 10** VI § Postea ecclesia pacificabit usque ad magnam Antichristum, quia adhuc  
pulsilla & tollitur iniquitas a terra & iustitia regnabit in nos. Siquidem eorum diabo-  
li potestas refrenabitur, ne amplius seducat homines, qui iam bella & sangui-  
nis innoxij effusione, iniquas affectiones ac mala innumerabilia in suis membris  
suggerendo, excitat, Iohannes nempe vidit angelum descendente de caelo, habere  
**Apo. 20** tem clauem abyssi, & apprehendit atque ligauit diabolum, ut non seducat amplius  
gentes, donec compleantur mille anni. i. usque ad aduentum magni Antichristi, tunc  
enim complebitur secundus status mundi infra describendus. Qui quidem status in-  
cepit in primo aduentu Christi, & in secundo eiusdem aduentu complebitur, ac de-  
notatur per nomen millenarium, licet in eo sint anni plures, & quod nescitur, tam-  
etsi millenarius etiam de tertio mundi statu intelligatur.

**VII §** Postquam autem idem millenarius. i. secundus mundi status fuerit comple-  
tus, tunc oportet diabolum iteque solui modico tempore. s. tribus annis cum dimidio, tan-  
to enim tempore durabit Antichristi tyrannus, ut infra habebit. Interim vero, vi-  
delicet ab exterminio sepe dicti tyranni & eius idoli, usque ad magnam Antichristum,  
erunt quatuor (vni sperant) boni pontifices, primus seu proximus post eundem Anti-  
papam, nuncupabitur papa angelicus, de quo vates moderni plerumque bona vaticina-  
ti sunt, vti Theophrastus refert, allegat in primis Merlinum in reuelatione de  
summis pontificibus, inter alia dicente: Lætatus sum in his quae dicta sunt mihi,  
**Theophrastus de statu ecclesie.** Post longinquam enim Christicolarum tribulationem, & post nimiam innoxij sanguinis  
**Merlinus** effusione prosperitas domini veniet ad desolatam gentem. s. Christianam, pastor egre-  
gius in solio sedebit qui cuncta rectificabit, orientali & occidentali ecclesie domi-  
nabitur, & fides vna vigebit, tunc pastor vnus, lex vna, Iesus Christus, cuncta ordi-  
nabit, & post vulnera mellis suam applicabit medicinam.

**Ioachim** VIII § Ioachim quoque hunc papam angelicum pastorem nominat, de quo inter  
alia multa narrat, quod ipsius bonitas faciet impetus fluminum aduersus retrogradum  
fluere, altaria & ecclesie restaurabuntur, inter latinam & Graecam ecclesiam fiet vnio  
**Dandalus** perpetua. Item Dandalus in reuelatione summorum pontificum inter alia inquit, Hic  
papa dicet solis pro & nuntius lapidis prius diu latetis, tempus. promouebit. Pa-  
**Rabanus** piter Rabanus in prognostico quod addidit de angelico pastore ait, & reuelabit  
vinctus a deo, Eya veni mihi o aliene luctus, relinquens mundum & victum agrestem  
habebis & viues mortuus & gemebundus, dissipans omne brauium iniquitatis. Ite-  
cum festinatis ad occidentem septem collis, & inuenietis virum habitorem amicum meum so-  
restum, non in domo regia. Eiusdem angelici papae meminit Sybilla Erithrea, ut in-  
**Birg. extr. 7** ferius patebit. De quo etiam illud Birgittae intelligit: Stulti dominabuntur, & honor  
**Pfal. 48.** & veritas prosternentur, donec veniat qui placabit iram dei & qui animas suas non  
parcet pro aequitatis charitate, tunc dominabuntur stulti & iusti in matutino.

J. c. 67. in fi.  
I. ca. 61. §. 1.  
§. c. 58 §. 1 fi  
§. c. 18. i. pri.  
§. ca. 41. §. 5  
& J. c. 61. i. pr  
§. c. 54. §. 7  
§. c. 2. §. 6 &  
I. ca. 62. §. 4  
§. ca. 57. §. 9  
§. c. 35 §. 21 &  
§. c. 49. §. 23  
& §. c. 50 §. 2  
§. ca. 59. §. 6  
§. c. 42. §. 11  
& J. c. 60. §. 7  
§. ca. 31. §. 8.  
§. eo. §. 3. &  
I. c. 65. §. 5  
§. c. 52. §. 12  
§. c. 17. §. 17  
I. ca. 67. §. 2  
§. c. 9. §. 6  
§. ca. 53. §. 15  
& J. c. 61. §. 2  
in prin.  
I. ca. 61. §. 13  
§. c. 48. §. 3.  
& J. c. 61. §. 4  
§. eo. §. 5  
§. eo. §. 4  
Pfal. 121.  
§. c. 56. §. 12.  
§. eo. §. 4  
§. ca. 65. §. 5  
§. c. 59. §. 3 &  
J. c. 66. §. 12 &  
§. c. 42. §. 10  
§. c. 17. §. 18  
& J. c. 66. §. 12  
Post



IX § Post illius angelici pastoris obitū absq; discordia succedet secundus Ioaachim. in imitator sui prædecessoris, veluti refert Ioaachim. Hic pastor balistæ exercitiū lib. de flore. inhibebit, semper peragrādo terras in habitu pauperis, eritq; marinæ ductor egregius secundū Merlinū. Tertius deinde bonus pastor succedet, de quo itidem Ioaachim: Is in principio sui magistratus duodecim colūnas in ecclesia statuet, fo

§. ca. 16. §. 9  
§. c. 46. §. 12

ras alios expellēdo ac tēporalia in ecclesia totaliter extirpādo, ratus auz & argē-  
tū ecclesiæ potius nocere q̄ prodesse, ac alias multiplicē aiay fructū procurabit,  
vocabiturq; verus ecclesiæ sp̄sūs. De eodē Rabanus ita inquit: Annuntiationem  
sanctā recipiet, placide relinquet vanitatē, bono fine cōplebit vniuersam cultu-  
rā. Itē Dāndalus; Hic pastor ianuā clausam aperiet & quilibet libere poterit intra-  
re sole clarescēte. In illa die oīs agricola ad cōnā vocabit, & ipsos melle pascet.

Rabanus

Dāndalus

Apoc. 29  
Deut. 25. 1 fi.  
2. Efd. 9.

§. c. 17. §. 12  
& j. i fi. cōcl.

X § Quartus demum bonus pastor erit concionator peritissimus, de quo

j. c. 61. in pr.

Rabanus multum virtutis prædicat, peragrabit em orbem terrarum vniuerso po-  
pulo sermocinaturus & fidem Christi amplificaturus. Cuius tempore (secundū  
Ioaachim) diabolus iterum soluetur de carcere suo propter repetita facinora, qui-  
bus se rursus Christiani inuoluent. Vnde scriptura de populo Christiano ait: Cū  
deus dederit tibi requiem sub cœlo, delebis nomen eius. Et quum filii Israel re-  
quieuisent, reuersi sunt vt facerent malū. Ideo tunc magnus apparebit Anti-  
christus, de quo iam sequitur.

¶ De magno Antichristo.

Cap. LXI.

IN fine sexti ecclesiæ status post quartū probū pastorē Antichristus magnus  
censei venturus, postq̄ em sextus angelus effudit phialā suā, Iohannes vidit  
de ore draconis. i. diaboli, & de ore bestię & pseudoprophetę. i. Antichri-  
sti, exire tres spūs immundos, nam eo tēpore principaliter impugnabit ve-  
ritas atq; prosternet. Et licet ista Iohannis visio referatur etiā ad tyrannū & ido-  
lū superius expressum, quia ambo sunt p̄cursores ipsius Antichristi magni, vnus  
in potestate spiritali, alter in seculari, tamen principaliter exponitur de ipso An-  
tichristo, qui sibi vtrāq; potestātē vīrpabit atq; negabit patrē & filiū. Maxime  
vero idolū præfatū parat viam eidē Antichristo, ergo quisquid scriptura de vno  
loquitur, alterꝫ includit vel tangit. In hoc tamen inter se differunt, etsi vterq; cū  
sua ficta sanctitate mundū decipiet, prior tamen diuitias accumulādo, posterior  
aut diuitias promittendo & elargiendo. Nā is magnus Antichristus nō solū per  
illusiones & tormēta, sed etiam per dona Christianos à fide deiicere conabit. De  
hoc Antichristo Sybilla Erithea manifeste est vaticinata, vt inferius clarescet.

Apoc. 16

§. c. 6. §. 1.  
j. ca. 60. i fi.

§. c. 60. §. 4  
§. c. 52 §. 19 &

j. c. 41. §. 10  
§. c. 41. i pr.

§. c. 48. §. 5  
§. c. 15. §. 43

§. c. 42. §. 4

§. c. 44. §. 13  
j. ca. 65. §. 6

j. c. 63. i fi.  
§. c. 53. §. 16.

j. eo. §. 11.

j. ca. 68. §. 9.

§. c. 60. §. 4  
& j. eo. §. 15.

j. eo. §. 3

§. c. 60. §. 6.  
& j. c. 63. i pr

§. ca. 52. §. 1  
§. in pl. §. 6

§. c. 4. i pri.  
& j. eod. §. 3

I § Methodius (inquā) reuelat Antichristū in Corozaim nasciturus, q̄ edu-  
cabit in Bethsaida & regnabit Capharnaū. Et letabit Corozaim, q̄ in ea Anti-  
christus natus est, similiter & Bethsaida & Capharnaū, propterea dñs ccepit ex-  
probrare eisdē ciuitatibus, dicēs: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida & tu Ca-  
pharnaū, nunqd vsq; in cœlū exaltaberis; vsq; in infernū descēdes. Tunc destrue-  
tur oīs principatus & potestas cū apparuerit filiū pditionis. Est aut hic de tribu  
Dan (q̄ inter alias tribus fortē nō accipit) iuxta prophetiā patriarchę Iacob, in-  
quentis: Fiat Dan coluber in via & cerastes in semita mordēs calcaneū vel vngu-  
las equi vt cādat ascensor eius retrorsum. Equus quidē est veritas & æquitas iu-  
stoz, Calcaneus vero duricies. i. tyrannides Antichristi. Hinc dicit: A Dan audi-  
tus est fremitus equoz eius. Nēpe illi electi, qui eo tēpore sup equū. i. sup verā fi-  
dē ascendēt ac pie equitabūt, à serpente. i. filio pditionis tribulabunt. Quos tan-  
dē liberabit dñs suo aduentu. Ideo patriarcha subiungit: Salutare tuū expectabo  
dñe. Methodius insuper refert Iudam Ischariotis traditorē dñi pariter de tribu  
Dan descendisse, quem & Christus filiū pditionis appellat.

Methodius.

Mat. 11.

Luc. 10

Gene. 49

Hiere. 8

Gene. 49

Iohan. 17

II § Quādo aut Antichristus sit vterus, nescit certū tēpus, tāetsi nōnulli  
cōputantes curricula ætatū vel cursus stellas, de aduētū Antichristi vel de con-  
summatione seculi quasi certū annū vel aliud tēpus se inuenisse diuinarūt. Sed ha-  
ctenus nullus Antichristus apparet, p̄ter clericoz æmulos, quoz infinitus est nu-  
merus. Ioaachim etenim inquit: Sicut Zacharias pater Iohānis inter synagogā &  
ecclesiā. i. inter primū & secundū statū mundi cōstitutus, pdixit saluatoris adesse  
psentia

Ioaachim. 5.  
li. cōcordiæ

T 3

psentia